

London British Museum Add. mss. 10,315. s. xv
Lond. Brit. Mus. Add. mss. 10,315. s. xv

Torrana I a

LAURENTII VERONENSIS (seu VERNENSIS)

PETRI SECUNDI ARCHIEPISCOPI PISANI DIACONI,

RERUM IN MAJORICA PISANORUM, AC DE EORUM TRIUMPHO
PISIS HABITO ANNO SALUTIS MCIV. (*)

LIBRI SEPTEM

Ad fidem membranacei Codicis Viviani de Vivianis Insulani Episcopi
viri clarissimi primùm editi.

Incipit Liber Laurentii de Majorica

LIBER PRIMUS.

A Rma, rates, populum, vindictam
cœlitus actam
Scribimus, ac duos terræ, pelagique labores,
Geryonea viros sese per rura terentium
Maurorum stragem, spoliata, subactaque regna.
His igitur cœptis digneris Christe favere.
Terruit Hesperiam Latias revolutus in urbes,
Ruræque ubiq; frequens Gothis fati agnitus ille
Extitit, & Gallis, terrasque agitatus in omnes.
In populos etenim Majorica fœva fideles
Bella cruenta gerens lethalia sumpserat arma,
Cujus pertulerat rabies, violentaque classis
Ausonias, Siculas, & Græcorum regiones.
Hæc postquam castella, rates, villasq; cremarat,
Cumque aris titulos templis violarat adustis,
Suadebat captis Christi mandata negare,
Et præcepta sui complecti vana resulla.
Talia credentes, nimium reverenter amavit,
Contradicientes variis cruciatibus addens.
Hos compes, manique graves, carcerque domabant,
Hos inamata fames, densi, nimique labores.
Et ceu testantur, quos ajunt vera referre,
Millia captorum plusquam terdena fuerunt,
Quos sævus Bales vinxit tenuitque tyrannus,
Præter ad ignotas quos per commercia rates
Transfudit, aut atrox obitus de carne resolvit.
Fama mali tanti per plures cognita terras
Commovet extemplo sitientes prælia Pisas.
Concitat ira fenes, qui Punica vincere regna,
Subdere quique suo gentem potuere tributo.
Himmemorant dū facta bona, & dū bella Panormi,
Africa ceu capta est, & subdita facta tributis,
Victaque per varios quamplurima prælia casus,
Accendant animos juvenū, quibus horrida facta
Et labor, & sudor, duri quoque gloria Martis,
Divitiis, & deliciis potiora fuerunt.
Moxque pius præsul Petrus virtute coruscus
Civibus hæc memorando suis, crucis inclita signa
Sumpsit, & alterna motæ pietate catervæ
Sic ad signa crucis capienda fuere frequentes,
Utpote festinant solempni tempore Paschæ,
Cum Christi gustant corpus, sanctumq; cruorem.
Inde duo & denos de culmine nobilitatis
Constituere viros, quibus est permessa potestas
Consulis atq; ducis, regerent ut graviter omnes,
Purus & istorum disponens singula sensus,

A Congrua militiæ, ratibus quoque conficiendis
Queque juvare queant homines, classemque
pararent.
Et ne prætereant horum te nomina lector
Intentis animis apices scrutare sequentes:
Ex his Gerardus Gerardi filius auctus
Sensibus, orator laudabilis, atque facetus,
Natus & Ugonis, patru de nomine dictus
Gerardus, patru jam claro dignus honore,
Sicherioque fatus, titulis decoratus eisdem,
Petrus, & Azo simul numero dictantur in isto.
His Ildebrandum Rolando junge creatum
Viribus, & factis, & nobilitate micantem.
Hinc Herithone fatum, genitoris nomen habentem,
Necnon Henricū genus à Guinithone trahentem,
Lothariumq; simul, juvenemq; senemq; Dodonem.
Hos decorat Stephano genitus Rodolphus, & Ina
Filius Uberti Lambertus clarus in urbe,
Atque Robertinus Francardi splendida proles.
Horum consilio clari cum Præsule digno
Legati Romam vadunt, quos Papa colendus
Nomine Paschalis multo suscepit honore,
Pontifici tribuendo crucem, Romanaque signa
Militiæ ducibus, quæ præfens Azo recepit;
Qui postquam monuit pietatis dogma catervas,
Et quantum Scriptura pati pro fratribus optet,
Hortatus cunctos sanctis insistere cœptis,
Pro tanto facto peccamina cuncta relaxat,
Hancque potestatem Pisano concessit altam
Pontifici: redit hic propriam properanter ad urbem
Protinus à populo digna statione receptus,
Astantes turbas monitis papalibus implet.
Et ceu durefcit nactum moderamina ferrum
Mulciberi, coctam dū temperat unda bipennem,
Pontificis pariter Pisani voce sacrata
Fervent Alphæ fortes ad bella phalanges.
Inde brevi valde numero labente dierum
Tertia vox Genuam placidos moderata rogatus
Præsulis invitat. Spondet solatia pugne;
Sed longas nimiasque moras, annalia donec
Tempora prætereant, fraudis sub tegmine poscit.
Pisani didicere patres fraudemque dolumque;
Et tandem patuere doli: retinacula solvens
Navita, Pisanam sua vela retorfit ad urbem.
Tunc demum Pise tanto insonuere dolore,
Ut nec magna quidem sentire tonitrua posses.
Quicquid tunc habuit nemorosi Corsica ligni,
Aut picis, innumeros ratium defertur ad ulus,
Lunensetque suo privantur robore sylvæ.
Arboribus cæsis remanet Curvaria rara!

1114.5

apt
his
altissimi i orar.

ago

his

fol. 3. d. d.

Erytone

to

scuq;

ez

dar

§

in

no Jan fuisen

com Schreder

in

grandi

du pip

no Jan fuisen

no Jan fuisen

no Jan fuisen

no Jan fuisen

no Jan fuisen

no Jan fuisen

(*) Corrige MCXIV. & MCXV.
Tom. VI.

procedat